UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

39. De virtute maledictionis sacerdotalis in quosd[am] chorizantes sub diuino officio vigiliæ Natiuitatis Dominicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

violentia ruinæ detractum eſt. Sonus autem totam concutiens ciuitatem, cunctos fecit illuc concurrere. Et cùm inimici dæmonis apertè recognouiſſent fugam, in diuinas laudes ora ſoluebant. Sic verò & alia templa ſacratiſſimus Pontifex ille; deſtruxit. Qui & victoribus ſcribebat martyribus, & reſcripta ſuſcipiebat, & nouiſſimè etiam ipſe martyrio coronatus eſt. *Ioann. Naucler. Chronicorum vol.3.generat.34.*

De virtute maledictionis ſacerdotalis, in quoſdã chorizantes ſub diuino officio vigiliæ natiuitatis dominicæ.

CAP. XXIX.

IMperante Henrico accidit miranda res in Saxonia, in diœceſi Magdeburgenſi, vbi erat Eccleſia S. Magni. Quidam ſacerdos dum Miſſam celebraret in vigilia Natiuitatis domini, 18. ſimul viri, cum 15. mulieribus in cœmiterio Eccleſiæ choreas duxerunt, ac ſacerdotem cantantem impediebant. Iuſſit ſacerdos vt quieſcerent, aut abirent: ſed ipſi ſacerdotem deriſerunt. Ille amaricatus, imprecando dixit: Placeat Deo & S. Magno, vt ita cantantes permaneant vſque ad annum: & ita factum eſt, vt toto anno ſine intermiſſione cantantes chorizarent. Mirabile dictu: toto illo anno nec ros, nec pluuia ſuper eos cecidit, ſed nec laſſitudo, nec fames illos affecit, nec veſtimenta, nec calceamenta ſunt attrita. Anno autem reuoluto, Herebertus Epiſcopus Colonienſis ad locum veniens, à nodo, quo ſacerdos eos ligaue-

rat, abſoluit, atque ante altare Eccleſiæ recō-
ciliauit. Inter chorizantes filia ſacerdotis e-
iuſdam cum duabus alijs cōtinuò mortua eſt,
cæteri continuis tribus noctibus dormierunt,
aliqui pœnam ſuam tremore membrorum
didêre. Hoc ſcriptum reliquit Hubertus, qui
fuit vnus ex illis, aliqui ex ijs ita compuncti,
inter ſanctos ſint reputati.

*D. Petrus Damianus in tractatu de quibuſdam mi-
culis. habetur ad calcem tomi 7. Laurentij Su-
De horrore anathematis Eccleſiaſtici, ac de A-
fico Epiſcopo Moguntino, patrem ſuum Otho-
imper. coniugio canonibus vetito copulatum,
communicantem: & de lamentabili Othonis,
communicationem contemnentis, interitu.*

CAP XL.

ROBERTUS Gallorum rex propinquam ſibi
copulauit vxorem, ex qua ſuſcepit filium
anſerinum per omnia collum & caput habe-
tem. Quos etiam virum & vxorem omnes
Galliarū Epiſcopi communi ſimul excommu-
nicauêre ſentētiam. Cuius ſacerdotalis edicti
tantus omnē vndique populum terror inuaſit,
vt ab eius vniuerſi ſocietate recederent,
præter duos ſibi ſeruulos ad neceſſarij victus
obſequium remanerent, qui tamen & ipſa om-
nia vaſa, in quibus rex edebat vel bibebat, per-
cep to cibo, abom inabilia iudicantes,
lum ignibus exhibebant. His tandem rex
arctatus anguſtijs ad ſanum conſilium rediens,
diuer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN